



Theoderici contra Clotharium audiens, in ade Martini A preces fudit, ne mutuis cadibus filii interirent. Greg. Turonensis lib. 2. Hist. cap. 26.

OBSESSIONIS TOLLENDÆ, SUSTINENDÆ.

EZECHIAS fide, & religione probatus, sed ob plebis, & Achaz patris impietatem Hierosolymis obsessus, confidisse vestimenta dicitur, saccoque ad templum venisse, ad Isaiam, ut pro ipsis oraret, misisse: & continuo ab eodem propheta meruit audire, ne timeret. Denique Dei ira in hostem conversa, nocte una cecidere CLXXV. millia Assyriorum, angelo cadente, & a pernicie liberante penitentem. Prophe-taverat autem Isaias dicens: Cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non a facie gladii.

Lupus Trecaffinus Episcopus, Attila civitatem obsidente, Deum precatus, portas aperiri hostem admitti iussit. Ingressi, omnia exemplò everfuri putabantur. Recta pertransierunt, ac veluti per solitudinem iter facientes, nihil prorsus hostiliter egere: nunquam armata manus minus nocuit suis, quam B tunc isti alienis. Quid multa? Lupus lupis omnibus rapacior tyrannum, non bellando, sed Deo supplicando a se repulsi procul, & spe præda frustratus est. Marulus lib. 2. cap. 4.

Constantinopolitani triennium obsessi à Saracenis, solis precibus à Deo imperarunt, ut hostes in fugam ex insperato sese coniecissent, & in mari à tempestate obruti perirent. Ivo in Chronica sub Leone, Blondus Dec. 3. lib. 10. Bæda de Re-gione temporum.

Pariforum urbs D. Genovefa virginis precibus contra Attilam Hunnorum regem incolumis mansit. Bonifinus lib. 5. Decad. 1.

ATTILA Hunnorum, rex. Vide infra Tit. Orationis fructus, & effectus varii. s. Hostes fugati.

URBIS EXPUGNANDÆ.

ROBERTUS rex Francie, festa in monasterio agere solebat: & non modò unà cantare, sed etiam ferica cappa indutus, chorum regere. Itaque cum incepisset alta voce, Agnus Dei, moenia cuiusdam castri, quod ipsius obsidebant milites, ceciderunt. Idem auctor perhibet hyanni, Sancti Spiritus adfit nobis gratia. Martinus Polonus.

LIBERTATIS CONSEQUENDÆ.

MANASSÉS Judæorum rex Babylonem captivus ductus, in carceribus Deum, quem offenderat, ardentissimis precibus invocavit, & ab eo exauditus est, ita ut in regnum suum fore restitutus, & in posterum sanctè vixerit. 2. Paral. 33.

IOACHIM rex Israel, cum suos, eo quòd se idolorum cultura polluerant, in ditionem Syriorum redactos vidisset, ad Dominum conversus, pro ipsius deprecatus est, & à servitutis iugo crepto recepit.

ALBINUS Andegavensis Episcopus, quòdam tenebricosi carceris tristi squalore obfusus cernens, cum præsidem, ut dimitterentur, exorare nullo modo potuisset, Deum pro illis precatus est: fatiscenque carceris muro, omnes evaserunt. Deo, Deique ser vo gratias agentes, cuius precibus homo resti-tit, & lapides paruerunt. Marulus lib. 2. c. 4.

MAGNIBONUS eisdem loci Episcopus, & ipse similiter iis, qui in ergastulis, & vinculis detinebantur, liberationem à magistratu frustra contendit: à Deo autem facillè impetravit. Nam dum ipse ante aram suppliciter provolutus deprecatur, claustra laxantur, compedes ferrei franguntur: & qui vincti D erant, liberi evadunt. Itaque quos durus magis, quam iustus iudex perdere cogitabat, misericordis hominis oratio servavit. Marul. lib. 2. cap. 4.

Ad Radegundis, Clothari Gallorum regis uxoris, sed magis Christi ancilla, orationem, ferrea pedica eorum, qui in vinculis publicis erant, contrita sunt, illi absoluti. Sic & nos orare oportet, ut peccatorum nostrorum nexibus liberemur, & liberati Deo gratias agamus, dicentes: Dirupisti, Domine, vincula nostra, tibi sacrificabimus hostiam laudis. Marul. l. 2. c. 2.

BELLUARUM DOMANDARUM, AEGENDARUM.

Etiam nostris temporibus vidimus inquit D. Hier. in Joëlem cap. 2. agmina locustarum terram texisse Judæam: qua postea misericordia Domini inter vestibulum, & altare, hoc est, inter Crucis, & Resurrectionis locum, Sacerdotibus, & Populis Dominum deprecantibus, atque dicentibus: Parce populo tuo, vento surgente in mare primum, & novissimum præci-

pitata sunt. Cuiusque litora utriusque maris acervis mortuarum, quas aquæ evomerant, impleverunt, putredo earum, E & fœtor in tantum noxius fuit, ut aerem quoque corrumpere, & pestilentia tam jumentorum, quam hominum gigneretur.

AMMONIS Egyptij Abbatis oratio immanem, atque terribilem draconem, & qui jumenta, homineque encraret, per medium crepare compulsi: puerumque pestifero illius afflatu interemptum suscitavit. Marul. l. 2. cap. 2.

ROPHILLUS Popiliensis, & Mercurialis Livenfis, ambo Episcopi, draconem aquæ pecori, atque hominibus infectum, stolis suis non repugnantem, sed quasi mansuetum ligaverunt: ac post se trahentes, in puteum altitudinis immense, nunquam inde exiturum, deiecerunt. Litteræ ibidem in lapide incisæ factum hoc indicant, & adhuc extantes legendis fidem faciunt. Marul. lib. 2. cap. 2.

SEVERINUS Abbas in Pannonia finibus, quoniam Cuculli castelli agrum locustarum agmina devastabant, iussit omnes loci incolas unà secum ad Ecclesiam pergere: dumque ibi simul orarent, omnis illa locustarum tempestas inde sublitam fugam fecit. Ac ne casu aliquo discessisse viderentur, pars earum non minima in cuiusdam ago relescit, qui cum aliis ad orandum non venerat. Tantumque homini illi obfuit non orasse, quantum cæteros orasse juvit. Marulus lib. 2. cap. 2.

LEO IV. Pont. Rom. sub Ludovico II. basilicum perniciosum, qui halitu multos mortales necaverat, & fornice S. Lucie in Orpheo fufans ante Deum precibus expulsi. Vol. lib. 22. Antrop.

\* MONTES TRANSFERENDI.

GREGORIUS Neocæsareæ Episcopus sanctitate illustris, sed miraculis illustrior, sic ut ab eorum præstantia, & multitudine Thaumaturgus sit appellatus, montem, qui Ecclesie ædificium impediabat, aliò transtulit per orationem. Cuius rei testis est Vener. Bæda l. 3. Comment. in Marcum c. 11. Cum enim, inquit de hoc Episcopo, volens ædificare Ecclesiam in loco apto, videret eum angustiorum, quam res exigebat, quòd rupes ex una parte eum coarctaret, venit nocte, & genibus flexis admonuit Dominum promissionis sue, ut montem longius juxta fidem perentis ageret. Et manè factus, invenit montem tantum spatii reliquisse struendis Ecclesie, quantum opus habebant. Breviar. Rom. 17. Novemb.

MOTA SISTENDI.

FANTINUS Syracusanus, cum Messana à Stradicone præfeto ad martyrium quereretur, Angeliq; monitu solus navigulam ascendens fugerit: jam propè erat, ut ab insectentibus caperetur, quando Deum precatus in yoparonem illorum stare fecit, ita ut neque velo, neque remis ultra impelli posset. Sicque adversariis post se relidis, Dei, quem invocavit, ope periculum evadens, Regium usque delatus est. Marul. lib. 2. cap. 2.

I M M O T A M O V E N D I.

In Barbara virgine, ut constanti sanctæ Trinitatis confesso, ita efficax fuit pro necessitate deprecatio. Dum enim infidellem, & iratum fugerit patrem, & fugam prærupti montis crepido inhiberet, rogavit Dominum: ac protinus illo, in quo hæserat, saxo in adverfam paris altitudinis partem se inclinante evasit: neque tandem tanto miraculo inclinatus est impius pater, ut vel sic clapsam querere cessaret. Proh nefas! Pater persequitur, saxa miserantur, & ad invocationem Christi montes mollescunt, hominis infidelitas obduratur. Marul. H lib. 2. c. 2.

SYLVANUS Troadis præsul, Maximiani tyranni tempore, cum navis, quam in Troadem navigaturus ascendebat, diu immobilis in litore permanisset, nec ulla mortaliu vi sedibus dimoveri posset, epius precibus folvia processit: ut est in historia Tripartita.

Severinus in Pannonia finibus Abbas, eum Fabianum oppidum (Vienna hodiè) Danubio adiacens, fame laboraret, eo quòd concreto frigidibus fluvio frumentariæ nave iter agere nequibat, oratione glaciem solvit: & victoribus navigationem aperiens, periclitanti oppido subvenit. Marul. lib. 2. c. 27.

Christianis, quin Perside circa Tauris erant, Ismaelita Calipha Christianæ doctrinæ falsitatem obiciebat, quòd Christus dixisset, fore ut si quis fidem haberet, montes suo moveret loco. Itaque cogebat illos, ut vel fide, & oratione dogma hoc verum esse ostenderent, vel Mahumetis perfidiam reciperent, vel omnes simul perirent. Mis ad preces conversi, divinum

num implorabant auxilium. Inde quidam fide, & spe plenus, A confortatis cæteris dixit: turo Zel Men Hasso Bismod. Jesua Micho Moram hoc est, Abi mons hinc in nomine Jesu Christi Domini nostri. Et statim ita motus est mons, ut per multi Ismaelites tunc facti sint Christiani. M. Paulus Venerus lib. 1. cap. 18. de regibus Orient.

In Hyrcanæ urbe Samaritane Christiani (qui opera regis Armenie Hayroni fuerant ad fidem conversi) volebant templum augustinum D. Joanni Baptistæ extruere, cuius fornix unica columba in medio posita sustentaretur. Coacti ergo sunt Ismaelites (qui tunc inferiores erant Christianis) columbam, quam ad manus habebant, Christianis concedere. Paulo post cum res Christianorum auribus esset, Ismaelites à Christianis columbam suam repetiverunt, spe destruedi, & evertendi templi. Christiani ergo ad preces conversi sunt. Nec mora, fornix in sublime elevatus, columbam secum plufquam pedali altitudine à sua basi traxit: atque ita suspensam retinuit, ut hoc miraculo ploranti ad fidem Christi conveterent. M. Paul. Vener. lib. 1. cap. 39. de regibus Orient.

\* S A L U T I S P R O X I M I E X S C R I P T U R A .

Oravit multoties Dominum Moyses, ut amoveret plagas de Ægypto, & exaudiebant, licet illi mali essent. Exod. 7. 8. 9. & 10.

Post adorationem viti, videbatur velle Dominus populum delere, sed Moyses per orationis instantiam obtinuit veniam. Exod. 32.

Cum in Moyfem, & Aaron turbe insurgentes, incendio divinitus excitato, desuperent, Moyses monitum Aaron obtulit thymiam, processit in medium, & cum orasset, flamma subsistit, interitio cessavit. Num. cap. 11.

Cum filii Israel in deserto, supplicantes passim serpentinum ictibus defterentur, supplicante pro eis Moysè, Deus placatus æneum serpentinum in ligno suspendi præcipit: quem percussus dum aspicerent, sanabantur.

Pognatus filii Israel contra Philistæos, dixerunt Samueli: Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum, ut salvet nos de manu Philistinorum, Qui clamavit ad Dominum, & exauditus est. 1. Reg. 7.

IOACHIM Rex Israel, cum suos, eo quòd se idolorum cultura polluerant, in ditionem Syriorum redactos vidisset, ad Dominum conversus, pro ipsis deprecatus est, & servitutis iugo misericorditer erepto recepit.

HISTORICA.

Divus Andreas Apostolus. Vide supra Tit. quid oraverint. s. Libidinis respingenda. S. V. Iulianus Episcopus Eboracensis. Quere infra Tit. oratio pro defunctis.

Decanus quidam Gallie Romani iter habens, B. Dominicum Munia concionantem vidit. A concione eum adit, de salute animæ suæ cum illo confersit, alia dolent commemorare, eum quodam inevitabile naufragium, quod non possit capis libidinem frangere: que res cogat eum, eum desperatum, ab aliis plenis operibus abstinere. Misertus ejus vit Dei, fide, qui bonus erat, eum confirmat, dicens: Abi, deinceps age vitiliter, nihil de Dei inimicia misericordia desperans: Egeris tibi carnis continentiam imperabo: dixit ille, & ita factum est. Qui enim antea immundus, & lubricus fuerat, castus & pudicus efficitur. Et in quantum potest deprecatio juvit. In vita ejus per Theod. ad Appollia l. 6. c. 6. apud Sur. no. 4. Aug. 5.

D. Vivebat nuper in Ecclesia Moguntina in summo Canonico- rum Præpositus, clericus solo nomine, & nobilis, sed in armis miles, in vestitu stipendiarius, motibus per omnia distolutus, quicquid de altaris latissimis viveret beneficiis, horas rancem Canonicas velut toxicum fugit. Corpore autem adeo decorus extitit, ut Imperatrix, quæ hodie vivit, referatur dixisse, se pulchriorem non vidisse virum. In præfata igitur vita aliquandiu vivens in multorum scandalum, nullius hominis hortamenta, nec correctiones curavit. Hunc igitur Dei manum inopinatè læta tergit, que dicitur nondum hominum conversationem abscedit, & in domum quandam sibi propriam Moguntie traxit, ubi manens multo tempore impatientia ple-nus, & Dei timore vacuus, factus est tandem tam deformis corpore, ut secundum in leprosoario parem non haberet: Deinde dignum Dei adesse sentiens, corde, & ore contritus, primo sua vitæ facinora confitebatur cum tantis lachrymis, ut omnium L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

menas superent, qui virum prærogaverant patientia denique tanta usque ad mortem dotatus est, quo quando concilio- for suus Frater Henricus de Confluentia Sacra Theologia professor eum visitaret, non ab eo peteret mortis accelerationem, vel dolorum, quos multipliciter patiebatur, immunitio- nem, sed, ora Deum, inquit, & quatenus divina misericordia mihi mea peccata indulget, & in hoc seculo fecerit me, & urat, quamdiu sibi placeat. At in hac patientia tandem in pace requievit. Quasi autem de circumstantis viri, unde tantum donum infami isti clerico proveniret: & responsum accepi, quòd Matrem nobilem multum Deo devo- tam habuit, quæ visa, & audita filii sui dissolutissima vita, vota, preces, & elemosinas velut pro mortuo ferè suere Deo offerre consuevit, & pro eo tanquam pro filio perditò ab illis ita fieri procuravit, quocumque velut alter paralyti- cus in lecto iacens, carnalium voluptatum insensibilis, alienis fide & meritis sanctus fuit. Joan. Nider. lib. 1. formica- rii cap. 9.

Quodam tempore, cum apud Senas duo insigniter flagitio- si lacrones capti, & atrocissimis supplicis additi fuit propter facinoram inhumanitatem, jam ducebantur ad mortem, & curibus impositi ignitis fuscinalis discerpebantur. Nemo illos ultra ratione potuit inducere, ut facerent suorum peccatorum confessionem, immo verò blasphemias voces in fan- ctis, & Deum palam iactabant. Eo autem tempore erat S. Virgo Catharina Senensis apud Alexiam sociam, & discipulam suam, cuius ades præteribant miserissimi illi. Ubi autem id sensit Alexia, celeriter indicat sanctæ Virgini, illa se totam consert ad deprecandam clementiam Salvatoris pro salute de- precatorem, cum vidisset per fenestram ingentem demonum turbam illos miserè exagitantium. Imperat à Domino, ut possit spiritu scillis adungere, & cum eis ad portam usque proficisci. Ut autem eam viderent demones apud illos, palam clamabant, Si non cessaveris, te demoniacam efficiamus. Illa contemtnens minas proceas, perstitit in ef- ficacibus. Ubi ad portam urbis ventum est, ecce clementissi- mus Salvator apparet illis obstinatis, totus vulneribus con- fectus, & sanguine madidus, invitavit ad penitentiam pro- mittit veniam. Illi mox, mutati, cum multa instantia petunt sacerdotem, peccata sua valde dolenter confitentur. Facta confessione, blasphemia mutantur in laudes Dei, dignos se etiam majoribus tormentis faterentur, stupent omnes repen- titam conversionem, carnisque quoque miscunt, nec audent nova imprimere stigma, dum vident tantum animo- rum devotionem. Denique illi ad mortem non secus, atque ad epulas festinant, spe bona freti, se per supplicia tempora- nea citius venturos ad gaudia sempiterna: In vita S. Cathar. Senens. per Rainund. Capuan. apud Sur. 28. Aprilis 2.

In eadem urbe fuit quidam factor de Penitentia S. Domi- nici, Palmerina nomine. Hæc incredibili odio, & invidia stimulata, nec nomen S. Virginis audire sustinuit. Obrethabate ei privatum & publicè, nec obsecrationibus, & maledictis poterat fatiari: denique modis omnibus se eam acerbissime odisse declarabat. Cernens id sancta Virgo, humilitate, & manufactudine ejus animum placare nitebatur, sed frustra. Confugit igitur ad Dominum, & pro illa misera singulares et preces obtulit petens misericordiam. Adivit Dominus pre- ces ejus, sed prius exercuit iudicium, percutitque illam Pal- merinam in corpore: ac nihilo ita melior facta, immò exacer- bata magis, infensorem se Virgini ostendit. Rursum ergo stu- dit humilitatis, & manufactudinis officis eam mollire. Ser- viebat illi modis omnibus, quibus poterat, blandisque verbis & obsequiis eam consolabatur, sed lævo durior nihil move- batur tanta humilitate, & benevolentia, immò verò ex suis edi- bus eam iussit furibunda expelli. At iustus Judex tantum cha- H ritatis odium cernens, ita eam percussit, ut repente omnibus viribus destituta, ad inferos proferre videretur. Quod ubi cognovit sancta Virgo, se in summo cubiculo recepit, coque clauso, crebro, & instantissimè rogabat Dominum, ne sui oc- casione illa anima periret. Ostendit autem illi Dominus mi- sericordiam, & periculum infelicis illius Palmerinæ, atque iustitiam suam ferre non posse, quin tam pertinax odium puniretur. Tu virgo mente, & corpore se humi prostravit, ad Dominum, se nullo pacto de eo loco surrecturam, donec Palme- rina miseretur. Jam tres dies, & noctes iacerat illa misera in agone, & supremum trahat spiritum, nec tamen mori po- tuit. Nam toto hoc spatio perseverabat sancta Virgo in preci- bus, & tandem lachrimis visis, & expugnatis invictum, & in- superabilem, ita ut adsisteret illi adamantinum pectori gratiam suam, qua agnosceret culpam suam, eamque admisisse doleret: Id post.

Id postquam Domino revelante sancta Virgo didicit, mox abiit ad illam: quæ ut eam ad se venientem vidit, quibus poterat signis: gaudium, & erga illam reverentiam ostendit, cum prius eam videre non posset: aquanimitate, sicque perceptis Sacramentis cum magna cordis contritione migravit ad Corpore. Cujus animam vidit sancta Virgo in tanto decore, & pulchritudine, ut nullis possit verbis exprimi, cum tamen nondum esset in gloria visionis Dei: aitque Dominus ad Virginem: Quis non omnem meritò perferat laborem, ut possit lucrari tantæ pulchritudinis creaturam? Si ego tanto animam amore capus fui, ut pro illis redimendis homo fieri, & sanguinem libens fundere voluerim: quanto magis vos debetis summo opere in eam curam incumbere, ne pereant tam speciosæ creaturæ? *Idem ibid.*

Venit aliquando matrona quædam nobilis ad sanctam Elisabetham Regis Hungariæ filiam invadendi gratia, adducto secum adolescente, quam vestis compta, & incompti mores, secularis profusus esse animo haud obscure probabant. Ad quem Elisabetha. Quid tu, inquit, o adolescens, tam insigniter & veste, & moribus seculari præfers animum, quam magis Deo tuo prona servitute iam olim dedicatum oportuit? Est, ait adolescens, heu mihi, ita ut dicis, o Domina, sed oro te plurimum, pro me Deum precari digneris, quò mihi bonum, quod proponis, & incipiendi, & perficendi donetur gratia: Mox illa. Itane, inquit, sero petis, ut pro te Deum rogem? Peto, ait ille, sero, intinque. Sciam illa: Oportet, inquit, te idem facere, præcedere meas tuas iurare. Quo persuasum est, atque hincque oratum loco satis congruente. Jam non nihil moræ intercesserat, cum ecce adulescens clamare coepit: Jamjam, o Domina, precari desiste. Incendit etiam ita tuarum fervore precum, ut ferre vix queam. Tum illa vehementius orationi insurre, acriter mentis annis Deo propinquare. At ille semet ipsius inflammari sentiens, viribusque paulatim destituit, roro jam corpore in sudorem eunte, atque crebri vaporis nebulam passim exhalante, clamat altiore voce, discitis prælasitudo brachii, genibusque ad ruinam subsidentibus: Cessa, o Domina, cessa, quia valissimum supplicationis tue incendio præcordia mea, & ipsæ medullæ depauperant. Defectum jam juvenem dux confestim ex pedissequis, simulque matrona paulo ante memorata medium corripuit, & ne casu repentino elideretur, sustentant, fervorem eius intantissimum, & calidissimo perfusa membra sudore, vix tantum manu pati valentes. Tandem nihil segnius orare perseverantem, anhelus juvenem paulo potuit altissima voce sepius inquam, dicens: Ora te per Jesum, ut eos pro munere jamjam supercedas, ne me precibus infante mori cogas, quem vix meliori felicitate destinasti. Confestim inquit ut Elisabetha precandi studium remissio, remissio pariter calore, juvenis est velocissimè refrigeratus, assumpturum sese maturis Francisci Assisiani institutum pollicitus: quod & non multo post tempore assumpsit, assumptum coluit, & cultum viriliter consummavit. *Jacob. Montan. Spirit. in vita ejus cap. 24. apud Sur. 19. Novemb. tom. 6.*

Orante B. Virgine Mechthilde pro quadam homine, adversus quem ipsa indignabatur, propterea quod ille adhuc quasi incorrigibilis permanebat, Dominus eidem Virginis ait: Eja condole mihi electa mea, & ora pro miseris peccatoribus, quos tam charo emi pretio, & tam longanimitate expecto: cupiens vehementer, ut ad me convertantur. Ecce, sicut hostiam in ara crucis me aliquando obruli, sic adhuc eodem amoris adu afflito Deo patri pro peccatoribus: quia mihi maxime optabile est, ut peccator per veram penitentiam convertatur, & vivat. *Lud. Blaf. Montil. Spirit. cap. 1.*

Anno Domini 999. perfectam pacem obtinet Ecclesia Anglicana, defuncto Eduino Rege, succedente in monarchiam, regni totius Edgardo. Porro præbui Sancti Dunstani, quem afflixerat, ne penitus ad inferos damnaretur, animam ejus eripiam, ita narrat Osbertus monachus. Interca Eduinus è vita presentis subtrahitur, & anima ipsius Dunstano in orationibus occupato à quibusdam teteris hominibus cursim evelligio est præsentata. Cujus miseriam miseratus, suarum injuriarum immemor, pro liberatione ejus immensis omnipotentis Deo lachrymarum imbres effudit, nec ab eis desistit, donec se pro eo exaudiret agnovit. Facto igitur non grandi intervallo, Mauri illud Dunstanum sua præda vacui redeunt. Er qui suas injurias ulcisci supervacue venerant, calamitosa voce depronunt, quorum ille futuros nihil pensans Deo super ineffabili misericordia ejus gratias agit. *Ex Osberto Monach. Baron. tom. 10. anno Dom. 999.*

Simile quiddam, & non minus refatu dignum est, quòd traditur de Chunone Malburchenfis oppidi Domino, qui cum quadraginta annis in saculo secularibus plane moribus vixisset, religiosam deinde secutus disciplinam, triennio post pie defunctus est. Quo tempore narrat, demon, qui enervamentam obfidebat, se, & alios ex suis quindies mille (tot enim fuisse factus est) in morientis cellam coevnisse: sed tamen tantum abfuisse, ut ei nocuerint, ut ne propius quidem accedere poterint, repulsi, ut aibat, clamoribus validis, quos tonitrui illic (sic enim Dei hostis Famulus Dei, eorumque orationes ludibrio appellabant) lectulo assistentes fundebant. Adiecit etiam magnam querelam, ex qua ipsa querela religionis vis constare nobis possit, de insigni injuria à Deo sibi facta: quod cum Chunone le annis quadraginta ipfis demonibus, Deo autem tantummodo tribus servisset, eum tamen inferni penis ereptum in cælum evesisset. *Hieronim. Plat. lib. 1. de bona statu religio. cap. 31.*

Fuit religiosus quidam, sive monachus, genere nobilis, dignitate haud vulgaris, sed conscientia sic fati distoluta, & exigua animi devotione. In tantum fidebat Colæ precibus, ut nullius magis fideret, spemque salutis in his plurimum collocaret. Cum autem Colæ in longinqua verferetur regione, spiritu præfente, illum monachum non diu superventurum: cognovit etiam horrendas penas, & dira tormenta, quæ ob peccata sua esset perpessurus: ita tamen, ut tandem resalvatus. Multum igitur, diuque rogavit Dominum pro illo, ut penas illas minueret, nec prius orate desisteret, donec ceterò didicisset ejus futuram beatitudinem. *Stephanus Julianus in vita S. Colæ cap. 70.*

ORANDUM PRO OMNI HUMANI GENERE.

Diximus paulo ante, nullum ab oratione excludi debere adeoque pro omnibus orandum esse. Demonstrat hoc Ecclesia Catholica in sacro Missæ sacrificio, ac nominatim in officio, quod in die Parasceve persolvitur, in quo pro omni hominum genere cujusvis, aut fortis, aut religionis, particulari Collecta ut vocant, Deum deprecatur, ac communis etiam pro iisdem precibus ab omnibus multiplicari possunt. Cæterum hanc rem subiecit historia illustrabit.

EX S. SCRIPTURA.

Afflictus populus ignitis serpentibus, dixit ad Moysen: Ora pro nobis. Oravit Moyses pro populo, & liberati sunt. *Num. 31.*

Dum filii Israël pugnant contra Philistæos, dixerunt Samuël: Necessest pro nobis clamare ad Dominum, ut salvet nos de manu Philistinorum: clamavit is ad Dominum, & exaudivit eum. *2. Reg. 7.*

TOBIAS uxoris jurgio turbatus cepit orare cum lacrymis, & exaudivit eum. *Tob. 3.*

JUDITH ad Holofernem profectura, dixit presbyteris, Orate, ut firmum faciat consilium meum Deus. Nihil aliud fiat pro me nisi oratio ad Dominum. Amputata caput Holoferni oravit cum lacrymis ad lectum. *Judith. 8. & 13.*

NEHEMIAS Xerxis Regis pincerna apud Regem pro Judeis intercessurus, ut illis in Judæam redire liceret, & Hierosolymæ muros dirutos restauraret: Deum supplex oravit, ut sibi gratiam Regis conciliaret ad hoc impetrandum. *2. Esdr. 4. 1.*

ONIAS summus pontifex oravit pro Heliodoro, divina virtute graviter flagellato, cò quòd voluerit spoliarè templum, Dominus autem illi vitam donavit. *1. Machab. 1.*

PETRUS, & JOANNES oraverunt pro hominibus Samaritæ, ut acciperent Spiritum sanctum: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. *Act. 8.*

Cum Petrus carcere detineretur ab Herode, oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. *Act. 12.*

PAULUS orat pro aliis, uti ipsemet scribit ad Romanos. Memoriam vestri facio semper, in orationibus meis obsecrans, si quando prosperum iter habeam, in voluntate Dei veniendi ad vos, & alibi sæpe. *Rom. 1.*

HISTORICA.

Pro omnibus in genere.

A. S. FRUCTUOSO Episcopo dum quispiam peteret, pro se apud Deum intercederet, respondit: Orare necessum mihi pro

pro Ecclesia Catholica passim diffusa, qui enim orat pro singularibus: at tamen neminem singularium præterit, qui pro universis deprecatur. *Cesar. Baron. Aug. de doct. Sermon. 101. capite 2.*

PRO IMPERATORIBUS, ET REGIBUS.

Tertull. in Apol. adversus Gentes cap. 30. Illuc (in cœlum) suspicientes Christiani manibus expansis, quis innocuis: capite nudo, quia non erubescimus: denique sine mentore, quia de peccatore oramus, precantes sumus omnes mentore, pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis, & Cæsaris vota sunt. Hæc ab alio orare non possum, quàm à quo scio me consecuturum: quoniam & ipse est, qui solus præstat, & ego sum, cui imperare debetur & famulus ejus, &c.

TEMPORE BELLI.

B. CONSTANTINUS Imper. pietate fretus, Sarmatas, Gothos, aliasque barbaras nationes, nisi quæ vel amicitias, vel deditione sui pacem prænerant, in solio proprio armis edocuit. Et quanto fe religiofus, ac humiliter Deo subiecerat, tantò amplius Deus ei universa subdebat. Ad Antonium quoque primum eremi habitatorem, velut ad unum ex Prophetis litteras suppliciter mittit, ut pro se, & liberis Domino supplicaret. Ita non solum meritis suis, ac religione matris (Helena) sed & intercessione Sanctorum, commendabilem se Deo fieri gestebat. *Ruffin. lib. 1. bist. Eccl. cap. 8.*

IN EXORDIO REGNIS.

MARCIANUS Imperator, primo imperii sui anno, ad præcipientem Ecclesie visibile caput convertens oculos, ejus per licentia agere statuens, à S. Leone Pontifice Romano per licentia teras preces peti. Ad hoc maximum Imperium venimus Dei providentia, & electione Senatus excellentissimi, cunctæque militiae. Unde pro reverentia, & Catholica Religione Christianæ fidei, cuius auxiliis virtutem nostram potentia confidimus gubernari, tuam sanctitatem precipitum in Episcopatu divinæ fidei possidentem sacris literis in principio justum credimus alloquendum, invitantes, atque rogantes, ut pro firmitate, & statuque nostri Imperii æternam Divinitatem tuam sanctitas deprecetur, ut & tale propositum, atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato per celebrandam Synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholica fiat, ab omni sceleris pura, & intermerata consensit. *Ante Concil. Chalced. tom. 1. Concil. apud Baron. 6. Annal. ad an. 450.*

PRO REGIBUS ETIAM DYSCOLIS.

ENNODIUS Ticinensis Diaconus pro Theodorico Rege impio quidem, si Arianum fuisse consideres, ceterum si officia spectes, de Romana Ecclesia, ipsiusque Pontifice Symmacho optime merito, secessit, ut nimirum Deus longa ætate conservet: det etiam regni de ejus germine fucellarem. Retinebat, mente ista perorans, justum hoc esse Dei Prophetæ Baruch, cum in Babylone captivus populus teneretur: Orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Balthasar filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram, & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Balthasar filii ejus, & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum. *Ennodius apud Baron. tom. 6. an. 502.*

CUM HOSTE DECERTANTIBUS.

Anno Domini 451. Romam famosadit, Ætium maximo discrimine inter phalanges hostium laborare. Quo audito uxor ejus anxia, atque mota affiduè basilicam sanctorum Apostolorum adibat, atque ut virum suum de hac expectatione suscipere hospitem, precabatur. Que cum diu, noduque hoc ageret, quadam nocte homo pauperculus crapulatus à vivo in ostium Basilicæ Beati Petri obdormivit. Clausis verò ex more ostiis, à custodibus non est egressus: de nocte verò confurgens, reluctansque per tota adis spatia lychinis, pavore perterritus, aditum, pæ quem foras evadat, querit. Verum ubi primi, atque alterius ostiis clausura pulsata, & obfervata cuncta cognoscit, solo decubuit, trepidus præstolans tempus, ut venientibus ad matutinos hymnos populis hinc liber abscederet. Interca videt duas personas se invicem generalliter salutantes, sollicito de suis esse prospere. *L. B. Theat. vit. Hannem. Tom. V.*

ritatibus. Tunc qui erat senior, ita exortus est: Uxoris Ætii lachrymas diutius sustinere non patior: petit enim asfiduè, ut virum suum de Gallis reducam incolentem, cum aliud exinde fuisset apud divinum iudicium præfinitum: sed tamen obtinui immensam pietatem pro vita illius: & ecce nunc illuc propero, viventem cum exinde rediturus. Veruntamen obtestor, ut, qui hæc audierit, sileat: arcanumque Dei vulgare non audeat, ne pereat velocior è terra. Ille autem hæc audiens silere non potuit: sed mox illucescente cœlo, omnia, quæ audierat, matrifamilias pandit: expletisque sermonibus, lumine caruit oculorum. Igitur Ætius cum Francis, Gothisque conjunctis adversus Attilam conflagit. At ille ad intercessionem vastari suum cœnens exercitum, fuga dilabatur. *Greg. Turon. lib. 2. bist. Franc. cap. 7. ann. 451.*

PRO INIMICIS.

SANCTUS Jacobus Domini frater, Angelicam vitam in terris cum vixisset, omnium suffragiis dici promeruit Justus, nimirum par conversationem sanctioris vite. Hic talis munimentum erat populi. Festus igitur dies Pasche cum illuxisset, inque templum multa convenissent myriades Judæorum, & hæc bunc beatum in pinnaculo templi extulissent: Juste, te obsecramus, inquit, ut dicas populo, ne imposterum exeret post eum, qui dicitur Jesus: tibi enim omnes nos fidem habemus. Respondit beatus: Quid me interrogatis de Filio hominis? En ipse fedet ad dextram Dei in cællis. Exleges illi, & iniqui Pontifices, ac Pharisæi clamaverunt, O, o, Etiam Justus hic in errore prolapsus est? Et dixerunt ad invicem, Malè fecimus, talem testem produximus, qui secundum se testimonium ferret pro Jesu, ipso enim audito non pauci ex plebe crederunt. Cæteri, qui cum eo ascenderant, & sublimi præcipitavit Sanctum: qui cum in genua recidisset, nec statim oppetit set mortem, sed oraret pro ipsis, unus filiorum Rhecam propius cum se illi advovisset, auditv orantem, & dixit: Quid facitis? en quoque pro vobis Justus orat. Tunc unus quispiam arte fullo cum accurrisset, lignum intorfit in calvariam ejus, quo quidem opifices illi sordidas vestes exprimeant, vitamque illi ademit. *Antiochus in pœudeis scripturae homil. 7. in Biblioth. PP. tom. 2.*

Similem in modum beatus Stephanus in medio consistens iniquorum exclamavit: Ecce video cœlos apertos, & Filium Dei stantem à dextris ipsis. Cūque rapuissent eum, eiecerunt extra civitatem, & lapidabant invocantem, & dicentem: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Ecce igitur ipsi perpicimus, pro se etiam inimicis orasse ad usque mortem sanctos. Juro quidem: nam qui pro afflictibus injuria quapiam effundit præcon, illud quidem, & deturbat Demones, secundum autem hoc ipso opere declarat hæredem esse regni cœlorum. Admonet præterea Apostolus, ut pro omni hominum oremus genere, utique cum ait: pro omnibus: per hoc indicat, nos non pro amicis solum, sed pro inimicis oportere orare. *Idem ibid. Ab. cap. 7.*

Beatus FRANCISCUS XAVERIUS in gravissimis contumelias, ærumnis, & vexationibus nunquam de quopiam querebatur, sed pro vexationibus suis orabat nomen, ut eos in misericordia potius exciperet, qua divina reservaret justitia. Itaque illo ipso tempore à Malacensis Præfetti emissariis ultro omni contumeliarum genere appetitus, pro importunissimo homine quotidie fecit sacrum, nequi semel ruere cœperat, interiret. *Horat. Tusel. lib. 6. de vita Franc. H. Xaverii cap. 7.*

PRO INFIDELIBUS.

Eodem XAVERIUS in Missæ sacrificio conversionem Ethnicorum præcipue à Christo Domino, per ejus mortem illorum causa obitam, enixè petere consueverat. Ad eam rem quoque precatorem ab se composuit frequenter adhibebat. Ea erat ejusmodi: Æternæ rem omnium effector Deus, memento abste animas infidelium procreatas, easque ad imaginem, & similitudinem tuam conditas. Ecce, Domine, in opprobrium suum his ipsis infernus impletur. Memento Jesum Filium tuum, pro eorum salute atrocissimam subisse necem. Noli, quæso Domine, ultra permitttere, ut Filius tuus ab infidelibus contemnatur, sed precibus sanctorum virorum, & Ecclesie, sanctissima Filii tui sponsæ, placatus, recordare misericordie tue, & oblitus idololatricæ, & infidelitatis eorum, effice, ut ipsi quoque agnoscant aliquando, quem misisti Dominum Jesum Christum, qui est salus, vita, & resurrectio nostra, per quem salvati, ac liberati sumus, cui si gloria per infinita sæcula secularum.

Sub Sacram porro gratis Deo ritè actis, solemne illi erat. A certam pro mortuis recitare precatorem, ut etiam cum pro vivis faceret, sublevaret animas mortuorum. Id. ibid. c. 5.

PRO DEFUNCTIS.

Ubi de virtute, & efficacia circa eosdem.

Macerabatur anxietudine Verecundus de illo nostro bono, quod propter vincula sua, quibus tenacissimè vinciebatur, deferi se nostro consortio videbat, nondum Christianus conjugis fidei: ea ipsa tamen ardore præ cæteris compede ab itinere, quod aggressi eramus, retardabatur. Nec Christianum esse alio modo se velle dicebat, quam illo, quo non poterat. Benignè sanè obtulit, ut quamdiu ibi essemus, in rure ejus essemus. Retribues illi, Domine, in resurrectione iustorum, qui iam ipsam sortem retribuisti ei. Quamvis enim absenti nobis, cum Romæ jam essemus corporali agritudine corpeus, & in ea Christianus, & fidelis factus ex hac vita emigravit: ita miseratus es, non solum ejus, sed etiam nostri, nec cogitantes egregiam amici erga nos humanitatem, nec cum, in grege tuo numerantes, dolore intolerabili cruciaremur. Gratias tibi, Domine Deus noster tui fumus: indicant hortationes, & consolationes tuæ: fidelis promissor, reddes

B Verecundum pro rure illo ejus Cassiciaco, ubi ab æstu sæculi requievimus in te, amicitiam sempiternè virentis paradisi tui, quoniam dimissisti ei peccata super terram, in monte in calesato, monte tuo, monte uberi. Aug. lib. 9. confess. cap. 3.

Cum quodam die ægrotaret S. Monica, defectum animæ passa est, & paululum subtrahita à presentibus. Concurrerunt ergo filii ejus, sed citò reddita est sensui: quibus circumstantibus querenti similis ait, Ubi eram? Deinde eos istuens mœtore attonitis: Ponite, inquit, ubicumque hoc corpus, nihil vos ejus cura conturbet; tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei, ubi fueritis: Cuique hanc sententiam verbis, quibus poterat, explicasset, conticuit, & ingravescente morbo exercebatur. Ergo die nono agritudinis suæ, anima illa religiosa, & pia corpore soluta est. Post ejus obitum ipse D. Augustinus occlus ei premebat, & confluebat in præcordia sua mœstus in gens: & transfluebat in lachrymas, ibidemque oculi sui violento animi imperio rebordebant fontem suum usque ad ficitatem, & in tali lachrymæ valde ipsi erat. Verum cohibito plaudu, Platerium arripuit Evodius, & cantare cœpit psallum, cui respondebat omnis domus: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi, Domine. Postmodum autem corpore defunctæ elato, ivit, & rediit sine lachrymis S. Augustinus. Nam neque in eis precibus, quas Deo fuderat, cum offerretur, pro ea sacrificium pretii nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadavere, priusquam deponeretur, ficit fieri solet, neque in precibus flevit, sed toto die graviter in occulto mœstus erat, mente turbata Deum rogabat, ut poterat, ut sanaret dolorem suum, nec faciebat, credo, commendans memoriæ suæ, vel hoc uno documento omnis consuetudinis vinculum etiam adversus mentem, qua iam non fallaci verbo pascitur. Sanato demum corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis affectus, fudit rursum ad Deum pro illa famula sua longè aliud lachrymarum genus quam prius, quod manat de consensu spiritu consideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur. Quamquam illa in Christo vivificata etiam nondum carnè soluta sic vixit, ut laudaretur Dei nomen in fide, moribusque ejus. Idem ibid. cap. 11. 12. & 13.

Cum PROCLUS Episcopus Constantinopolitanus sciret Ecclesiam dudum scissam esse, propter abrogatam S. Joanni Chrysofomo dignitatem, consilium quaesivit, quomodo Ecclesiam à dissidio, & seditione conservaret, & hominum mœtorem consolaretur. Rem eam Dei ductu mirabiliter est aggressus. Quinto Patriarchas ejus anno plebs, quæ pia propter D. Joannem Chrysofomum tumultuata fuerat, congregata, Proclo persuasit, vel legatione apud Imperatoremungeretur, ut sanctus ille vir ab injusto exilio revocaretur, populique, & Ecclesiæ orbitate liberaretur, petitorus. Id Proclus statim non gravatè periclitatus, & qui corpus adducerent, missi sunt. Tumulus autem immobilis protinus fuit: & cum multæ multorum manus ad eum movendum adhibite essent, nihilo magis loco moveri potuit. Quod ubi Imperator cognovit, statim causam ejus reinvestit. Itaque literis rubrica scriptis virum sanctum, ut adduci se patretur, obtestatus est. Literæ ipsa supra pectus ejus posite, & pervigilium actum, precesque ad Deum fute sunt. Ita tumulus se adducitibus

facilem præbuit: & sanctus ipse, pondus ejus levius redditum, unâ cum bajulis simul ferre visus est. Literas Theodosii ad eum scriptas hic referre nimis longum visum est. Postquam autem itinere confecto, in litus ex adverso Constantinopoli ad Chalcedonem, cum reliquis sancti viri pervenere, transit eò Imperator, & Senatus Imperatoris: transfretam Patriarcha, & Judices, magistratuum omnes: deinde generis, & ætatis homines omnes: & apud Propionidum eos Bosphori ardentibus funalibus regentes. Sacrum tumulum Imperatoria tritremis excepit, & c. Ibi Imperator sacro tumulo chlamyde tectus, & fronte, atque oculis urinz impositis, communem supplex precatorem pro parentibus fecit. Dudum enim illi mortui fuerant, in pupillati ætate eum tenerum adhuc relinquentes. Secum vero pro matre quoque precatus est, ut tumuli ejus motus, atque strepitus confisteret. Tringenta enim, & quinque annos jam is quæiebat, quo tempore scilicet & ipsa Ecclesiam concuiebat. Nec ille id non exoravit: confestim namque urna ejus constitit. Niceph. Call. Eccl. hist. lib. 14. cap. 45.

Anno Redemptoris 936. Christianæ Religionis decus Henricus Rex Germaniæ, perdomitis circumquaque genibus, postremò Romam proficisci statuit, sed infirmitate correptus interimit: cuiusque jam se gravari morbo sensit, convocato omni populo, designavit filium suum Otonem Regem tandemque multipliciter pietatis post se egregiis monumentis reliquit: à Deo ad requiem vocatus est, relicta conjugè valde pia Mathilda nomine, de qua Ista Luthrandum, dum agit de ejusdem Henrici sepulchro. Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobilissimum, ac religiosissimum Monasterio puellarum, quod in ipsius Regis prædio, vocabulo Quinterlingaburch situm liquet, in Ecclesiâ cum immanis est veneratione repositum. Ubi & venerabilis ejus conjux, regniq; confors ex eadem gente, nomine Mathildis, ultra omnes, quas viderim, & audivim matronas, pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, vivam Deo hostiam offerere non desinit. Addit Dicmarus, per eundem Henricum Cuntum Danic Regem ad Christi fidem conversum, & Danos ipsos ab immolatione hominum per eum revocatos: post obitum vero Mathildem conjugem multis, diversisque sanctis operibus ejus animam Deo commendasse. Dystichindus Saxo, lib. 1. Sax. in fine. Albert. Crantz in metrop. lib. 3. cap. 11. Luitprand. lib. 4. cap. 7. Baron. tom. 10. Anno Dom. 936. 2.

Senex quidam enarravit nobis, cum Thebaidam venissemus, quod senex unus morabatur extra civitatem Animum, magnæ virtutis vir, qui in cella sua egerat annos LXX. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus unus erat valde negligens sui. Senex ergo sæpius illum corripiebat, & hortabatur, dicens: Frater sollicitudinem gere pro anima tua; habes enim mori, & nisi te emendaveris, in supplicium tendes. Frater autem ille semper seni inobediens erat, nec ea, quæ ab ipso dicebantur, admittebat. Contigit autem, ut post aliquantum temporis iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valde (sciebat enim quod in magna delidia, & negligentia de sæculo exisset) cœpit orare, & dicere: Domine Jesu Christe, verax Deus noster, revela mihi, quid sit circa Fratris animam. Adpexit autem in excessu mentis effusus, fluxum ignis, ingentemque in ipso igne multitudine, ac medium Fratrem illum ad medium usque demersum. Tunc ait illi senior: Nonne te propter hanc poenam orabam, ut curam animæ ageres, fili? Respondit Frater, & ait seni: Gratias ago Deo, Pater, quod vel caput meum respiciam habeat. Per orationes enim tuas supra caput Episcopi flo. Prat. spirit. cap. 44.

Anno 920. fato concessit Sifnandus IV. Compottellanus Episcopus, cujus tanta fuit fama sanctitatis, ut Joannes Papa, opinor, decimus (nam audienti non sunt, qui 13. fuisse dicunt) per litteras, & tabellarium proprium se precibus ipsius commendaverit. Mortuus est autem senio confectus. In ejus obitu voces audite sunt Angelorum canentium: Veni, electe Dei, intra in gaudium Domini tui. Succesit illi Gundesindus V. Compottellanus Præful, & comitis iustissimus filius: sed hic cum mundo quam Deo magis deditus esset, vitam non satis pio sine clausit dicitur. De qua re Mater ejus, matrona pia, gravi confecta dolore, & de anima filii vehementer sollicita, ante aram Beati Jacobi Apost. divinam misericordiam dies, noctesque non desistit implorare, & fletibus, preceationibus, jejuniis, elemosinis sibi demereri, interposito Divi Jacobi patrocinio, donec quadam nocte

nocte in templo ejusdem Apostoli vocem hanc audivit: Scias, A filium tuum hac nocte ad electorum societatem admittam fuisse. Joan. Vaseus in Chronico Hispan. ad ann. 920.

Santa Coleta Virgo Religiosa ita proximò diligebat, adeoque proleter cupiebat ejujuslibet bona spiritalia, ut quiete potiri non posset in spiritu, nisi ei pro sua vocatione, & facultate subveniret. Et libenter illa etiam seipsam obligavit, ut posset opulari proximis, sicut & res ipsa fecit. Cum enim nobilis quidam in eam ignominiam incidisset, ut sine magno discrimine non posset satisfacere creditoribus suis, illa charitate ferventi effecit per bona quadam ipsi commendata, ut absque detrimento evaderet. Et si vero ingens ejus erat charitas erga viventes, atque sine ulla comparatione magis cupiebat per benignitatem succurrere vita fundis. Miro quippe tenebatur desiderio allevandi cruciatu gravissimos animarum in locis purgatorio degentium, quibus adeo condolebat, ut diceret, se libenter illarum loco penas illas perpeti velle. Itaque volebat, ut dempsit tribus ante Pascha diebus, foret quotidie dicerent officium defunctorum. Steph. Julianus in vita S. Colæ cap. 69. apud Sur. to. 2. Martii 6.

Quanta elemosinarum largitate, quantaque orationis instantia pro beati Henrici Imperatoris Christianissimi mariti sui anima defudavit Chænegundis Imperatrix, ex literis missis ad Moniales Monasterii Confusionis patet: Propria adveniens facinram (velut æstimo) facilius tolerarem, si vestras res salvas, incommesæ esse viderem. Quamvis enim mens procellis curarum fluctibus undique quatitur, vestra tamen recollectionis anchora à cordis profunditate non avellitur: & licet longè remotæ ab oculis sis, ab animo tamen nunquam receditis. Quis nos separabit à charitate Christi? casus doloris, an longinquitas remotiois? Quin etiam si hæc facultatis usus concederetur, mater namque si parum habuisset, parum filii tribuit. Ecce hæc modici sumptuum mansuetula ad refectorem carnis vobis mittuntur, ut animam senioris patris vestris continua alimonia orationis reficiatis: quoniam tot iustorum preces unanimiter continuatæ apud Deum multum possunt proficere. Jacobo attestante: Multum valet deprecatio justis assidua. Ille etiam, atque etiam iustus Dominus, qui iustitias dilexit, æquitate supplicationis audire non respuit; sed vobis indefessis intercessoribus supra dicti chari memoriam facientibus, salutis dabit præmium, quod ipsemet promittit, dicens: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit: atque bonum opus in conspectu etiam Dei placitum esse cernitis, si non solum pro illis, qui in hac vita positi multa vobis bona; sed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraveritis. Obsecro ergo, ut cum à cordibus vestris nunquam abiciatis, qui vos tanquam proprias amavit, atque hinc locum vestrae servitutis florere voluit. Ex Leone Otienf. lib. 2. cap. 47. Baron. tom. 11. an. Dom. 1024. tom. 11.

Cogitabat frequenter sancta Lydiuna, quam sanctum, & salubre se orare pro mortuis, qui sunt in regione expiationis, non ad perditionem, sed ad purgationem: non ad destructionem, sed ad castigationem. Itaque arreptis armis spiritalibus, ei ferre suppetas coniebat, Nocturno tempore raptâ in spiritu ad loca peruenit, videbat non absque maxima commiseratione torqueri animas, & ingentes ignium globos in flumini efflere: Roganti autem quomodo Angelus, num animam, quam digito monstrabat, juvare vellet, perquam velle respondit: Tum Angelus: Oportet, inquit, per mediastra fricare flammam. Ego vero, ait, libens id faciam. Transiens igitur per flammam, vidit ille tortores sese contrahentes, indignaque ferentes humanitatem ejus, qua cupiebat subvenire animabus. Cuiusque jam pertransisset, vidit animam ab Angelo indicatam ei penam eripi, & postea exultantibus ad cœlos proficisci. Rogavit eam quendam, ut pro patre suo periret tempus defundo oraret. Duda est autem in spiritu ad regionem illam, ubi ejus viri anima cruciatur, atque ei Angelus: Hic est ille vir, pro quo te deprecaturam spondesti. Ut eum vidit eam vir ille, ait ad spiritum in carne degentem non vidi, nisi spiritum Virginis hujus. Sit benedictus Deus, qui misericavit misericordiam suam mihi in hac hora. Paulo post, orante & patiente pro eo sancta virgine in corpore suo, liberatus est, sicut uxori L. B. theat. vij. Human. Tom. V.

ejus postmodum revelatum est. Vidit aliquando Lydiuna spiritum alicujus defuncti specialibus penis cruciari, ferreis spiritibus confixum, audivitque ab Angelo, eum esse fratrem illius femine, quæ perisset, ut oraret pro eo: se quoque impetraturam, si quid piè pro eo peteret. Oravit igitur, ut ab illis ferreis spiritibus extraheretur. Illico à penis illis specialibus absolutus, ductus est ad communem purgandorum locum. Sorore autem ejus importune scire cupiente ex Lydiuna de statu illius, tandem ea retulit, quid vidisset, justique certas præstari elemosinas, & in eis caponem, qui pauperibus ægrotis donaretur. Fecit illa, ut iusta erat, & ecce nocte intempesta adest turba demonum, & quibus unus caponem manibus tenebat, similem illi, qui fuerat datus pauperibus; quo gravissimè ececidit facies utriusque, id est, Lydiunæ & fororis defuncti illius. Et hæc quidem postea in quosdam incidit morbos propter fratrem suum, quos eum præ dolorum atrocitate ferre non posset, oravit Lydiuna pro ea, & quamprimum liberata est: quod autem reliquum fuit poenarum, id in Lydiunam translatum est: si que tandem e penis liberata est anima illa, Ob zelum animarum sæpe cruentos lachrymarum fudicimbres; dicebatque Domino: O si possem, Deus meus! carnem & sanguinem meum dare pro animabus illis, quas tu castigas. Pro his ergo orabat, suspirabat, vigilabat, sacrificia offerenda curabat, se totam in holocaustum offerbat. Baldunus quidam de Campo, cum e corpore migraffet, Lydiuna raptâ in spiritu vidit hominem, facie fidei ignotum, stare ad pedem montis, & volentem quidem ascendere, sed minime valentem, audivit etiam dicentem sibi: Miserere mei Lydiuna, miserere mei, & in montem hunc me deportato. Illa accipiens eum in humeros suos tulit in montem, sed difficulter sanè: ait autem ad eum, Qui vocaris? Et ille: Baldunus à Campo, inquit. Manè confessorius Virginis venit ad eam, viditque eum labore gravi defessum, & ægrè respirantem. Itaque ait ad eam: Ecce quid habes, filia? Cur præter morem tam difficulter respiras? Illa respondit: Ergo, pater, à monte jam venio, in quem Baldunus à Campo transiit, sudore pariter, & labore jam afficta. Ille nonne viri ante frater audierat, sed virum ignorabat. Sed triduo post nefcius eo venit sacrificaturus, ubi Baldunus decesserat, didicisset de templi custode, eadem nocte eum obisse, quo Lydiuna apparuit. Joan. Brugman in vita ejus parte 3. cap. 2. apud Sur. 14. April. tom. 2.

ALIA EJUSDEM EFFICACIA, ET VIS CIRCA ILLOS, ET HINC DISCEDENTES.

Anno Dom. 1058. Stephano X. Papæ Florentiæ ægrotanti contigit ultimum Deo reddere spiritum, præsentè S. Hugone Abbate Cluniacensi, & à pravo demone eum defendente, ut in ejus actis sic describitur: Stephano Papa apud Florentiam decubente; dum Hugo cum visitatione accederet, eumque sanctis consolationibus, & oratione revelleret: demon, qui morituro manifestus advenerat, terribus exitu, sanctoque à Papa recedente iterum rediit. Qua de causa sæpius ad se patrem Papa revocavit: sæpiusque demone revocatus abegit, sicut ipse Pontifex præsentibus revelavit, qui postmodum Sancti se precibus commendans, in ejus manibus spiritum reddidit, sancta confessione præmunitus. Apud Sur. die 29. April. tom. 2. & Baron. tom. 21. an. 1058. 6.

Cum S. VILFRIDUS Episcopus Eboracensis Roma in Britanniam rediret, contigit eum gravi morbo in itinere corripi, H unde Meldum delatus, quatuor diebus, ac noctibus quasi mortuus jacebat, halitu tantum pertenuis, qua viveret, demonstrans. Cuiusque ita sine cibo, & potu, sine voce, & auditu quatuordecim perleyeraret, quinta demum illucefcente die, quasi de gravi expergefactus somno, exurgens resedit, aperisque oculis, vidit circa se choros plallentium simul, & stentium fratrum, ac modicum suspirans, interrogavit, ubi esset. Acca presbyter: qui itatim vocatus, intravit: & videns eum melius habentem, ac loqui jam valentem, flexis genibus gratias egit Deo cum omnibus, qui aderant, fratribus. Et cum patrum confidissent, ac de supernis iudicis trepidi aliquantum fabulari cœpissent, iussit Pontifex cæteros ad horam egedi, & ad Accam presbyterum ita loqui exoratus est: Visto mihi modo tremenda apparuit, quam te audire, ac silentio tegere volo, donec sciam, quid de me fieri velit Deus. Adstitit enim mihi quidam candido præclarus habitu, dicens se Michiaelem esse Archangelum, & ob hoc inquit, missus sum, ut



tionem, atque amore pendente: ut non ambigeres ejus animam à sensibus abstractum emineret foras. Inde ad se cum redisset, tunica de more ab æstanti pectore manibus diducta, hanc identidem vocem iterantem exaudierunt; Sat est, Domine, sat est; eo vocis sono, qui facillè ostenderet tantam vim esse superfundentis se lætitiæ celestis, quantum capere vix possent mortalitas. Goæ quoque in cœtu Patrum comiter agentem sapientiam quadam animi lætitiâ subterfugere hominum cogebat oculos: quod tantum gaudiorum dissimulare haud quaquam valeret. Quamquam in negotiis etiam humanis ita divina quadam in eo lucebat species, ut qui cum illos versabantur, vulneratione capti, oculos, vultumque, quasi alterius Moylis, nequirent ad verum intueri. Denique in Meacenti idnere sanè aspero, impeditoque, cum jucundissimè divina meditantis animum in Deo defixum abduxit à corpore, crura ac pedes stirpibus lapidibusque offensans sine ullo lacerabat sensu: tantique incedebat lætitiis, ut beatorum gaudia percipere, non solum vitam meditari, videretur. *Horat. Turbellin. lib. 6. de vita eius cap. 5.*

Virgo GERTRUDIS aliquando in spiritu intellexit, verba orationum, cum animi diligentiâ seu sancta devotione futurum, esse veluti splendidissimas gemmas, vel vernatissimos flores: ita verba orationum neglegentius, & ex consuetudine sine intentâ devotione expleturum, esse tantquam gemmas, floresque obscuriores. Et cum eadem virgo Gertrudis quadam versiculum ducentis viginti quinque vicibus, Jesum salutando, legisset, cognovit quamlibet salutationem præsentari Domino in similitudine instrumenti musici benè sonantis: sed illa salutationes, quas cum devota intentione legerat, suavissimos reddebant concentus; aliæ verò, quas legerat incuratè, submissiores, injucundioresque edebant sonos.

Caveat is, qui orat, ne voluntariè, ac data opera per gravem negligentiam inter orandum mente distrahatur: Caveat item, ne orationem propterè deferat, quod in ea nullam fortè consolationem sentiat. Sanè sicut mentis distractio, quæ præter voluntatem orantis accidit, fructum & utilitatem orationis non tollit: ita nec cordis ariditas, dum bona voluntas adest. Hinc Dominus ad ipsam Gertrudem virginem aliquando dixit: Vellem electis meis persuasum esse, quod eorum bona exercitia, & opera mihi omnino placeant, quando ipsi serviunt expensis suis: Illi autem expensis suis mihi servitium præstant, qui licet saporem devotionis minimè sentiant, fideliter tamen, ut possunt, orationes, & alia pia exercitia sua peragunt confidentes de pietate mea, quod ego illa libenter, & gratè suscipiam. Plerique sunt, quibus si fapote, & consolatio interna concederetur, non eis prodesset ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur. Hac illa. *Lud. Blofius Maniliis spirit. cap. 3. §. 3.*

Devotioni comes est attentio, quæ est sexta Orationis conditio. Certè S. Dominicus Fratrum Prædicatorum antesignanus tam erat orationi intentus, ut propter tumultum, & strepitum qualemcumque nihil ab attentione revocaretur. Noctè quadam ante aram ad preces prostratum malus dæmon interturbare volens, grandem lapidem è tecto Ecclesiæ deiecit, idque eo impetu, ut tota Ecclesia ejus casu circumsonaret. Usque adeo autem capiti ejus fuit propinquus lapis, ut ruens captivum ejus contingeret. Sed, viro Dei nihil se movente, hostis terribili voce epulans, cum multa ignominia abscessit. *Theodor. de Apol. lib. 3. vitæ ejus cap. 12.*

Huic merito subjungendus miles quidam, Cadulus nomine, D ne, utpote beato Dominico Prædicatorum Patriarcha hanc in re adjuvandum. Hic igitur quadam vice vigiliis, & orationibus Deo intentus, audivit diabolum sub voce crudelium viri extra Ecclesiam, in qua erat, vociferantem, & turbato murmure, equos, & omnia sua fracto hospicio, à latronibus jam tunc direpta esse, atque abducta conuerentem, nec aliquid eorum ulterius recuperandum, nisi citius accurderet. Atque cum ille nequaquam moveretur, majus videlicet damnum deputans orationi cedere, quam suam demerere, dolens diabolum se despectum, in speciem uti demutatus est, & Ecclesiæ per rectum dilapsus, ante ipsum præcepit corrui, ut horrere saltem, & fragore sui casus virum à concepto perturbaret. Sed miles immobilis permanet, & monstrum secutus irridet. Post quæ statum vitæ suæ proposito sanctiori fundare desiderans Anselmum adire, consilium ejus super hoc addidit: ecce malignus. Verum dum ad ipsum vadens iter acceleraret, cecens caliginis hostis humanam vocem ex adverso edens in hac verba prorupit: Cadule, Cadule, quò tendis? Igitur cum ille ad vocem hanc subsiste-

ret, scire volens quis esset, qui talia diceret, repetivit dæmon, & ait: Quò tendis, Cadule? Quid tantopere Priorum illum hypocritam cogis adire? Opinio siquidem ejus omnino alia est à conversatione vitæ illius. Quapropter suadeo, consulo, ut celerius redeas, ne seductus ab ea falsitas, qua modò traheris, illaque eris. Hypocritus ab ea falsitas, quæ modò traheris, illaque eris. Hypocritus namque sua jam multos decepti, & spe vana delibutus, suis vacuos, & immunes effecit. Hic ille audiens, & dæmonem esse, qui loquebatur, recognoscens, signo se crucis munivit, & spreto hoste, quò proposuerat ire, perrexit. Quid plura? Audito Anselmo, abnegato seipso, & seculo religiose vitæ se tradidit, & apud majus monasterium monachus factus est. *Ex lib. vitæ S. Anselmi Cantuar. Episc. per Edinæ. Anglum apud Sur. Et in initio operum ejusdem Anselmi edit. Colon.*

Sed de eis etiam, qui attentum in oratione animum habuerunt, Claravallis Abbas fuit, hunc enim, si templum subiret, quo melius orationi invigilaret, solitum ferunt, apprehenso ejusdem limini exteriorum rerum curas hoc dicto demandare: Ceteras meas curas tibi committo, donec hæc me curabera verum. Multum enim orationis puritate juvare insinuas, si de ea sola cogites, qui orat. Recensit ex *Novar. de Orat. inter alia præclara Reverendiss. Dominus Joan. Miræus Episc. Antuerpien. in Oratione, quam ad Clerum suæ urbis habuit, anno 1608. Fer. 2. Mai. hebdom.*

IGNATIUM Lojolan, primum Societatis Jesu parentem, nullus quantivis strepitus obturbabat orantem: levissimum interpellabat, si vitari diligentia potuisset. Ita non strepitus, sed negligentia culpa, quam sustinere sibi videbatur, molesta erat precanti. Orantem in cubiculo Ignatium, ostio clauso, importunè janitor interpellavit aliquando, cui semel, atque iterum pulsanti nihil respondit Ignatius: cum molestus esse pergeret, & perseveranter obtunderet, ostium aperuit: Et quid, inquit tibi vis? Cui janitor: En, inquit, Pater, literas, quas qui reddidit, tua ex patria allatas dicit, simulque literas in manus Ignatio tradit: qui recluso ostio, literas in lucentem caminum (erat enim hyems) cremandas conjecit, & continè ad intermissam orationem rediit. *Per. Ribadeneira lib. 5. de vita ejus cap. 1.*

\* ORATIO MENTALIS.

Hujus autem conditionis occasione, pauca de Oratione Mentali adjugemus. Hanc enim in pluribus Sanctis viguisse, neque effectum suo caruisse, sequentia exempla demonstrent, non enim in verbis, sed in affectu ignito vis orationis est. Et ut vulgatum habet:

Si mens non orat, in vanum lingua laborat.

E X E M P L A S. C R I P T U R E.

MOYSES Hebræorum legislator, oves in monte Sina pascebat, & jugi, atque assidua meditatione divinorum colloquiorum participans factus est, adeo ut cum Domino facie ad faciem loqueretur. *Exod. 31.*

De ANNA Samuelis matre, *Vide Tit. Præced.*

DANIEL noctu contemplationi, & orationi vacans propheticum hausit spiritum. *Dan. 2.*

Jesus Christus Dei filius interdum in templo turbas docebatur, nodu, monte Oliveti consensu, contemplantur. *Luc. 10.*

PAULUS Apostolus in Apostolatu confirmatus, raptus est usque ad tertium cœlum, utrum in corpore, an extra corpus nescit, Deus scit: audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Hinc demum in illam prorupit vocem: O altitudo divinarum sapientiarum, & scientiarum Dei! &c. *Cor. 2.*

HISTORICA.

D. HIERONYMUS spiritalis contemplationis ingentem, & ineffabilem hausit dulcedinem in eremo. In eo quippe libro, quem de Virginitate servanda edidit: Post multas, inquit, lachrymas, post cœlo inhærentes oculos, nunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus, gaudensque cantabam: Post tunc in odorem unguentorum tuorum currimus. Et ad virginem Deo dicatas scribens, ait: Expertus itaque seni devotè consulenti credite, filie, si semel gustatis, quam dulcis est Dominus ad quem accedentes, lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatur, à Deo autem electum; poterit ab eo illud audire: Venite, & ostendam vobis omne bonum. Et tunc ostendet vobis tassa, qualis non nisi mentes assuetæ norunt. Scio, quid loquor, qualis sum, & cum Angelis veritatem loquor, ego homunculus sic abiectus, sic villis in domo Domini, adhuc vivens in corpore, Angelorum sæpe choris interfui, de corporis per hebdomadas sustentationibus, & nutri-

nutrimentis nihil sentiens, divinæ visionis intuitu. Post multum torum forte diurni spatia præcisus futurorum, redditus corpori, flebam. Quid ibi manens felicitatis habebam, quid inenarrabiliter delectationis sentiebam, testis est ipsa Trinitas, quam cernebam, nescio quo intuitu. Testes sunt & ipsi beati spiritus, qui aderant: testis est etiam conscientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar, quos, & qualia nescit proferre molities corporis mei. Denique subjungit, dicens: Non potest ad tanta contemplationis dulcedinem cor secularibus plenum negotiis aspirare: sed oportet sæculo, ut moriatur, ut soli Deo per tantas meditationes, & desideria supernis inhæreat. Unde granum frumenti cadens in terram nisi mortuum fuerit, semper sic solum manet, ut occidat: quod si moriatur, fructum plurimum afferet. *D. Hieronym. lib. de Virginitate.*

De beato FRANCISCO ad salutem animarum vocato ita scribit verus ejus filius divus Bonaventura: vir autem Dei solitarii remansens, & pacatus memoria replebat gemitibus: loca spargebat lachrymis, pectora manu tundebat, & quasi occultis secretariis nudus, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respondebat judicibus; ibi supplicabat Patri, ibi colloquebatur amico: ibi quoque fratribus ipsum ipse observantibus

B latitiosè auditus est clamosis gemitibus apud divinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi visus est nocte orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore sublevatus à terra, & nubecula quadam fulgente circumdatus, ut illustrationis mirabilis inter mentem miracula corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam, sicut certis esse comprobatur indicibus, incerta sibi, & occulta divine sapientiæ pandebatur, quamvis illa non vulgare exteriis, nisi quantum Christi veritate charitas, & proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Levi mercede rem impretiabilem contigit amitti, & illum qui dedit, ad non dandum iterum facillè provocari. *D. Bonav. in ejus vita cap. 109.*

In vita sancti Hugonis Lincolniensis Episcopi hoc invenimus scriptum. Singulis annis, ut in minimis semel ætatis vocationibus ad monasterium Viciamense se conferre solebat. Ibi vero tanquam in meste ferdit, menti suæ de spiritualibus providit frugibus, quas uberrimè illic ipse fecerat. Erant tunc illic viri valde spectabiles, in vita strenui, in contemplatione sublimes, ique blandimenta ei nulla, tanquam ultra ejus Episcopos aliquid haberet sanctitatis, apponebant; sed postea admonebant, ut videret quantum adhuc abesse à conversatione Patrum antiquorum. Tanta autem humilitate in omnibus se illis conformabat, ut præter solum annulum nihil gestaret, unde, quod esset Episcopus, posset animadverti. *In ejus vita c. 13.*

LAURENTIUS quoque Dublinensis Episcopus in ea concavitate, quam S. Coëginus suis manibus effecisse dicitur, præsepe lætans contemplativis deliciis illic devotus perfruebatur, de corpore suo minimè sollicitus; sed tamen in multa necessitate ei deesse nolens, ter tantum in hebdomada panem, & aquam, interdum etiam olus ei præbebat: tanquàm alter Moyses contemplationis divinæ suavitate relictus. Ibi ergo morans per quadragenas hominum non admittebat frequentiam, nisi Abbatis nepotis sui, qui ei cibum, quem diximus, subministrabat, ad eumque causas, & negotia populi, & ad populum sancti facerdotis responsa, atque consilia referebat. Erat autem accessus ad eum per scalam, cujus ima pars in qua figebatur, superior tenebatur ad rupem. *Sur. in ejus vita cap. 17.*

GREGORIUS NAZIANZENSIS cum tranquille vitæ, atque ab hominum frequentia temotè amore flagraret, non tulit De se impiosè cogi, atque in medio tumultus contrudi, ab hacque vita perire, atque ab asylo quodam per vim avelli: nihil enim illi eo homine fortunatus esse videbatur, qui clausis, compressisque corporis sensibus, atque extrâ carnem, mundumque positus, in seque collectus; nec nisi summa necessitate impellente, quidquam rerum humanarum attingens, atque secum in se, & cum Deo colloquens, superiorem rebus in aspectum cadentibus vitam agit, divinæque species, & imagines puras semper, nec ullis terrenis, & errabundis formis permixtas, in seipso circumferret, ac Dei, rebusque divinarum purum omnino speculum esset, indicique efficitur, lucique lucem, obscuriori videlicet clariorem, adjungit, ac jam futuri ævi bono fruatur, & cum Angelis veritatur: & licet adhuc in terris agens, terram deserit, atque à spiritu in cœlo collocatur. Si quis vestrum hoc amore correptus teneatur, quid dicam intelligat, atque affectui ei, in

quem tum incidit, facillè ignoscet. *Greg. Nazianz. Apolog. 1.*

S. AQUILINUS Episcopus Ebroicensis, gregis pastoralis cura suscepta speculator effectus, prolixius vigilabat, atque in preces incumbens contemplationi dabat operam: ut tantum sanctitate crederet, quantum creverat dignitate: talemque se opere præberet, qualis, & quam novus, & perspicax ex nomine designabatur. Atque ut liberius post contemplationi vacare, & pro peccatoribus mundi hujus tumultibus deditis Dominum deprecari, non longè à muro civitatis, ab Ecclesia verò centum passuum spacio distantem elegit cellam in portæ Rothomagensis regione sitam: ibique secretum, quod propter pastoralis curæ inquietudinè amiserat, repetens animarum causas, & negotia tanto curabat melius, quanto plus corporum declinabat: magis proficiens in iis, quæ ad populi causas attinerent, orando, quam postet concionando. Est enim hoc peculiare electis, semper optare secretum, quem admodum reprobiorum est appetere turbas, & tumultus. *Ex Anonymo Sur. in vita ejus cap. 9. Obo. 19. tom. 5.*

Accidit, ut quandoque Elzearius Comes Arianus in monte Pessulano hæreret. Itaque Delphina ejus uxore ex castro Podii Michaelis misit ad eum litteras per famulum, cupiens nosse, cur moram illic faceret. Cui ille sic respondit, S. P. non corpore sum, & sospes. Quod si verò videre me cupis, quære me in vulnere lateris Christi. Illic enim habito, & ibi me poteris invenire, frustra alibi quaesitura. *In vita ejus apud Sur.*

S. GENEVEFA virgo Parisiensis, ab Epiphania ad Cœnam usque Domini in cella recludebatur, ut orando, & contemplando Deo expeditis incumbere. Ad cupus ostium cum puella venisset, ut quidnam illa faceret, per rimas exploraret, effulgio lumen amisit: fed exacto quadragesimali jejunio, ejusdem opera luce recepit. *Ex Anonymo in vita ejus cap. 30. Sur. tom. 5. 27. Sept.*

FRANCISCUS XAVERIUS, primus Societate Jesu in India, & Japonia Apostolus, est mentem in Dei divinarumque rerum cognitione defixam perpetuò habebat; statim tamen, ac certum quotidie seponere tempus, quod ereptum negotiis tribueret meditationi rerum celestium. Maximè vero in Christi vitæ, mortisque meditatione acquiescebat; satis gnarus ibi exitima omnis exempli documenta in illustri spatio monumenti intueri, atque imitari licere. Hoc meditationis genus maxime salubre, ac frugiferum (præcipuum utique exemplar Christianæ vitæ, & ingens invitamentum divinæ charitatis) impense complectebatur ipse, & aliis commendabat. Quo in negotio haud majore mentis ardore versabatur, quam animi constantia. Id adeo non aliàs magis intellectu lumen est, quam cum daret operam valde rudiaris. Etenim cum affidua occupationes nullam ei diurni temporis partem ad otandum vacuum relinquerent; orationis magis, quam somni memor, nocturnæ corporis quieti præteribat horas semper aliquot, ne animus cœlesti illa, optatissimaque fraudaretur requie, pauloque; adeo ejus mentem divini dulcedo colloqui ceperat. Binas ferme, cum plurimum ternas somno horas tribuebat; sed ita ut ne somnus quidem vacaret oratione. Sæpius enim per somnum emittebat ejusmodi voces; O Jesu bone, o Creator per mihi, aliaque consimiles: orare illum, non dormire crederes. Haud multo minor in oratione vocali, quæ dicitur, psalmique, & hymnis recitandis, vel pietatis sensus, vel sedulitas in eo fuit. Antiquissimum quippe habebat, divinum officium, horaque Canonicas diligenter simul, ac piè recitare. Initio igitur Ecclesiasticum audiens monentem, Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat Deum, interiore cura comparabat sese. Namque ad mentis attentionem, ac pietatem vehementius accendendam, hinc H. Veni Creator, ante singulas horas pronuntiavit, haud segniter sancti Spiritus exspicebat opem. Quem quidem ille hymnum tanto semper pronuntiabat ardore, ut ei cor è pectore exiret, animusque deficeret videretur. *Horat. Turbellin. lib. 6. de vita ejus cap. 3.*

De sanctissima Virgine CATHARINA SEMENSI scriptum legitur, quod cum aliquando in extasim raptissima quadam celestium rerum mysteria spiritu tradente didicisset, sensibus reddita, præ admirationis magnitudine, continere se non poterat, quin hæc identidem verba admiranda reciperet: Audivi arcana verba, audivi arcana verba. Cuiusque nihil aliud diceret, ejusque confestarius instanter ab ea peteret, ut arcana ea secum communicaret, virgo tamen preces ejus vidit respondit: Gravissimum in Deum criminis me ream existimarem, pater, si aliquid tibi ex iis, quæ mihi offensa sunt, exponere.